

1167

I C O D I C E S

1168

CCCCLXXIX.

U. 281 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. nunc 377. f. partim per duas columnas, partim lineis longis exaratus et minio distinctus *Petri Lombardi Sententias* continet, sed ἀκεφαλός est, et incipit a L. II. *Dist. 40. c. 4. Sed augustinus evidentissime docet in lib. contra mendacium &c. Pro Capitem L. III. elencho relicto est spatium, et ad ejus calcem legas: In die s. heinrici imperatoris 1446. Cetera integra sunt, et margines notulis confiti.*

Fol. 124. sequuntur Commentaria in Librum III. absque inscriptione: Cum venit igitur plenitudo temporis. Iste est liber tercius sententiarum, in quo postquam in precedentibus libris magister determinavit de rebus diuinis &c. Ad calcem: feria 6^a ante tyburcij que fuit ante dominicam 3^{am} post pasca. (14)48. Sed adhaerent Fol. 244—55. plura ad hujus Libri illustrationem pertinentia.

Fol. 256. incipiunt quidem Commentaria in Librum IV. verum monetur Lector in fronte: Primas distinctiones tres require in fine libri presentis. Et eccillas Fol. 366. p. 2. Samaritanus enim vulnerato appropians. Hic est quartus liber sententiarum qui ad precedentes libros continuatur sic. Nam postquam &c. Autorem persequi in tanto Commentatorum agmine infra operae pretium habeo.

CCCCLXXX.

U. 284 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 297. f. luculente exaratus, minioque distinctus aliud est *Sententiarum Petri Lombardi Exemplar*, in quo *Distinctionum* et *Capitem* Elenchus singulis Libris praefixus est, margine tot Notis occupato, ut paene Commentarium perpetuum dicas. *Fol. 1. Adversaria* quaedam de Generatione in Divinis ἀκεφαλα praemittuntur; *fol. vero 85. p. 2. adscriptus est locus Job. Boccatii de Certaldo*, qui depromptus est ex Opere ejus lat. *de Genealogia Deorum*, et incipit: *Decipiuntur gentiles, dum creature creatoris attribuunt dignitatem &c. Ultima: Demogorgon igitur secundum gentiles omnium rerum primum principium est.*

CCCCLXXXI.

U. 285 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 194. f. currenente calamo scriptus et rubricis distinctus, minus tamen bene servatus item *Petri Lombardi Exemplar* est, notis adpersum, insertis ad *fol. 52. Sententiis iis, in quibus, ut praefertur, recedunt doctores a magistro sententiarum. Ad calcem fol. 192. p. 2. adjecta est Tabula genealogica V. T. ab Adam et Eva perducta ad Helchanam ejusque Uxores Annam et Fenennam, cui praefatur Autor: Considerans historie sacre prolixitatem nec non et difficultatem scolarium &c.*

CCCC.